AÑO VI. Jueves 19 de Agosto de 1858. Núm. 306.

BOLETIN ECLESIÁSTICO

DEL

Obispado de Astorga.

ENCICLICA DE SU SANTIDAD.

PIUS PAPA IX.

Venerabiles Fratres, Salutem et apostólicam Benedictionem.

Amantissimi Redemptoris Nostri Christi Jesu Unigeniti Filii Dei tanta fuit erga homines benignitas et caritas, ut, veluti optime nostris, Venerabiles Fratres, humana indutus natura non solum saevissimos pro nostra salute cruciatus, atrocissimamque crucis mortem perpeti, verum etiam in augustissimo sui corporis, sanguinisque sacramento noviscum semper morari, ac nos peramanter pascere et nutrire voluerit, quo ipse in coelum rediens ad dexteram Patris nos et sui numinis praesentia, et tutissimo spiritualis vitae praesidio communiret. Neque contentus nos tam insigni, ac plane divina dilexisse caritate, beneficia beneficiis cumulans, suique in nos amoris divitias profundens effecit, ut probe intelligeremus, quod cum dilexisset suos in finem dilexit eos Namque se aeternum Sacerdotem esse declarans secundum ordinem Melchisedech, suum in Catholica Ecclesia Sacerdotium perpetuo instituit, et illud idem Sacrificium, quod ipse ad universum humanum genus à peccati jugo, ac daemonis captivitate vindicandum et redimendum in ara crucis, pretiosissimo suo sanguine effuso, semel peregit, pacificans sive quae in coelis sunt, sive quae in terra, usque ad consummationem saeculi permanere decrevit, et quotidie fieri, ac renovari jussit per Sacerdotum ministerium, sola offerendi ratione diversa, ut salutares uberrimique suæ passionis fructus in homines semper redundarent. Siquidem incruento Missæ sacrificio, quod conspicuo Sacerdotum ministerio peragitur, illa ipsa vivifica litatur victima, quæ Deo Patri nos reconciliavit, quæque omnem merendi, placandi, impetrandi ac satisfaciendi vim habens «illam nobis mortem Unigeniti per mysterium reparat, qui licet resurgens à mortuis jam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur, tamen in semetipso immortaliter atque incorruptibiliter vivens pro nobis iterum in hoc mysterio sacræ oblationis immolatur (1).» Atque hæc est munda illa oblatio, quam nulla offerentium indignitas ac malitia inquinare unquam potest et quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus à solis ortu usque ad occasum in omni loco mundam offe-

(1) S. Gregor. M. Dialog. lib. 4. cap. 58.

rendam esse prædixit (1) Quæ quidem oblatio ineffabili prorsus fructuum ubertate redundans præsentem æque ac futuram vitam complectitur. Ea enim oblatione placatus Deus gratiam, donumque pœnitentiæ concedens, crimina et peccata etiam ingentia dimittit, ac licet peccatis nostris graviter offensus ab ira ad misericordiam, à justæ animadversionis severitate ad clementiam traducitur; ea temporalium pœnarum reatus et obligatio dissolvitur; ea defunctorum in Christo animæ nondum ad plenum purgatae sublevantur; ea obtineantur quoque temporaria bona, si tamen potioribus non officiant, ea Sanctis, et in primis Immaculatae Sanctissimaeque Dei Genitrici Virgini Mariae eximius quidam honor, cultusque, conciliatur. Quocirca ex Apostolorum traditione divinum Missae sacrificium offerimus «pro communi Ecclesiarum pace, pro recta mundi compositione, pro imperatoribus, militibus, sociis, pro iis, qui infirmitatibus laborant, qui afflictionibus premuntur, et universim pro omnibus, qui opis indigent, et pro defunctis in purgatorio degentibus, maximum hoc credentes adjumentum illis animabus fore, pro quibus oratio defertur, dum sancta et per quam tremenda coram jacet victima (2).

Cum igitur nihil sit majus nihil salutarius, nihil sanctius, nihil divinus incruento Missae sacrificio, quo idem corpus, idem sanguis, idem Deus et Dominus Noster Jesus-Christus Deo pro omnium salute in altari per Sacerdotes offertur, et immolatur, idcirco Sancta mater Ecclesia tanto divini sui Sponsi ditato thesauro nunquam destitit omnem curam, operam, diligentiamque in id conferre, ut tam tremendum mysterium à Sacerdotibus, quanta maxima fieri posset, interiore cordis munditia ac puritate perageretur, debitoque sacrarum caeremoniarum, ac rituum apparatu, cultuque celebraretur, ut ipsius mysterii magnitudo et majestas vel externa quoque specie magis eluceat, et fideles ad rerum divinarum, quae in tam admirabili ac venerando Sacrificio occultae continentur, contemplationem excitentur. Ac pari solicitudine, studioque ipsa pientissima Mater nunquam cessavit suos fideles filios commonere, hortari, et inflammare ut ea, quae oportet, pietate, veneratione ac devotione ad hoc divinum sacrificium frequentissime convenirent, praecipiens, ut eidem omnibus de praecepto festis diebus ipsi interesse omnino deberent, animis ad illud, oculisque religiosissime intenti, quo divinam exinde misericordiam, omniumque bonorum copiam sibi felicissime comparare possent

Jam vero cum omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituatur in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis, tam pro egregia vestra sapientia apprime cognoscitis, Venerabiles Fratres, sacrosanctum Missae sacrificium ab animarum pastoribus esse applicandum pro populo eorum curae commisso, et hujusmodi obligationem ex Divino praecepto descendere juxta Concilii Tridentini doctrinam, cum idem Concilium disertissimis, gravissimisque verbis edoceat «precepto divino mandatum esse omnibus quibus, animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre (1).» Notissimae quoque Vobis sunt felices recordationis Benedicti XIV Decessoris Nostri Litterae die 19 Augusti anni 1744 datae, quibus de hac obligatione copiose, sapienterque loquens, ac Tridentinorum Patrum mentem uberius explicans et confirmans, ad omnes controversias, quaestiones dubitationesque amovendas, clare aperteque declaravit ~~et constituit~~, parochos, aliosque omnes animarum curam actu habentes debere Missæ sacrificium pro populo sibi concredito peragere omnibus Dominicis ali-

(1) Malach. cap. 1.
(2) S. Cyril. Hierosol. Cateches. 32 Mystag. 5 de sacra Litug.

(1) Concil. Trid. Sess. 23, cap. 1. De Reformat.

isque de praecepto festis diebus, et illis etiam, quibus ipse in nonnullis Diœcesibus dierum de praecepto festorum numerum imminuens permiserat populis in servilia opere incumbere, sed caverat tamem, ut ipsi populi obligationi de Sacro audiendo satisfacere deberent (1), Non mediocricerte jucunditate perfundimur, Venerabiles Fratres, cum ex relationibus, quam de vestrarum Diœcesium statu cum summa vestri nominis laude, ac pari animi Nostri gaudio ad Nos, et hanc Apostolicam Sedem veluti officii vestri ratio postulat, mittendas curatis, agnoscamus, animarum curatores hujusmodi sui muneris obligationem diligenter implere Dominicis et aliis, qui adhuc ex praecepto servantur, diebus quibus Missae sacrificium pro populo sibi tradito celebrare haud omittunt.

Sed minime ignoramus, pluribus in locis id á paroquis jamdiu praetermitti solere aliis illis diebus, qui antea veluti festi de praecepto erant colendi juxta Constitutionem felicis memoriae Urbani VIII. Decessoris pariter Nostri (2), et quibus haec Apostolica Sedes annuens variis Sacrorum Antistitum postulationibus, ac prae oculis habens causas, rationesque ab ipsis expositas, dum imminuit festos de praecepto dies, non solum permisit, ut populi servilibus operibus vacare possent, verum etiam indulsit, ut ipsi ab obligatione audiendi Sacrum essent exempti. Ubi enim haec benigna Sanctae Sedis indulta in lucem prodierunt, statim plurium regionum parochi existimantes, se hisce diebus ita reductis solutos esse ab obligatione peragendi Sacrum pro populo, obligationem ipsam implere plane neglexerunt. Hinc porro invaluit consuetudo, ut earumdem regionum Parochi commemoratis diebus sacrosanctum Missae sacrificium pro populo applicare cessaverint, nec defuere qui ejusmodi consuetudinem tueri ac defendere non dubitarunt.

Nos igitur de spirituali universi Dominici gregis Nobis divinitus commissi bono vel maxime solliciti, ac non parum dolentes, ex hujusmodi praetermissione fideles illorum locorum populos maximis spiritualibus fructibus privari, tanti momenti negotio occurrere statuimus, cum praesertim noscamus, hanc Apostolicam Sedem docuisse, parochos diebus festis etiam reductis debere Sacrum pro populo celebrare. Et sane quamvis Romani Pontifices Decessores Nostri enixis Sacrorum Antistitum petitionibus ac variis pluribusque fidelium populorum indigentiis, et gravibus rerum temporum ac locorum rationibus permoti festos de praecepto dies imminuendos censuerint, ac simul benigne concesserint, ut populi hisce diebus servilia opera libere exercerent, quin Sacrum audire deberent, tamen iidem Praedecessores Nostri in hisce Indultis tribuendis integram inviolatamque legem esse voluerunt, ut scilicet praedictis diebus nihil in Ecclesiis unquam innovaretur, quoad consuetum divinorum officiorum ordinem et ritum, utque omnia eo prorsus modo peragerentur quo antea peragi solebant, cum enunciata Urbani VIII Constitutio plene vigeret, qua festi de praecepto dies servandi fuerant praescripti. Ex quo parochi vel facile intelligere poterant, se illis diebus minime expeditos esse ab obligatione applicandi pro populo Missam, quae potissima ritus pars, et animo praesertim reputantes Pontificia Rescripta eo plane, quem prae se ferunt, sensu esse omnino accipiendo, et illa estritisime esse interpretationis. Accedit etiam ut haec Sancta Sedes in plurimis peculiaribus casibus de hujusmodi Parochorum onere consulta haud omiserit per suas praesertim Congregationes sive Concilii, sive Fidei propagandae, sive Sacrorum Rituum, sive etiam per Sacram Pœnitentiariam saepissime respondere et edicere, parochos eidem oneri esse obnoxios applicandi pro populo Missam illis etiam diebus qui

---

(1) Bened. XIV. Litt. Encycl. «Cum semper oblatas.» Die 19 Augusti 1744.

(2) Urban. VIII. Constit. «Universa pro orbem.» Ibid. Septembre. 1842.

de festorum ex praecepto dierum numero fuerant sublati.

Itaque rebus omnibus maturo examine perpensis, atque in consilium adhibitis nonnullis Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Nostre Congregationis Tridentinis Decretis tuendis, interpretandisque propositae hanc Vobis, Venerabiles Fratres, Encyclicam Epistolam scribendam esse censuimus, ut certam et constantem normam legemque constituamus ab omnibus parochis sedulo, diligenterque observandam. Quamobrem hisce Litteris declaramus; statuimus atque decernimus, parochos, aliosque omnes animarum curam actu gerentes sacrosanctum Missae sacrificium pro populo sibi commiso celebrare, et applicare debere tum omnibus Dominicis, aliisque diebus, qui ex praecepto adhuc servantur, tum illis etiam, qui ex hujus Apostolicae Sedis indulgentia ex dierum de praecepto festorum numero sublati, ac translati sunt, quemadmodum ipsi animarum curatores debebant, dum memorata Urbani VIII Constitutio in pleno suo robore vigebat, antequam festivi de praecepto dies imminuerentur, et transferreatur. Quod vero attinet ad festos translatos dies id unum excipimus, ut scilicet quando una cum solemnitate divinum officium translatum fuerit in Dominicam diem, una tantum Missa pro populo sit á parochis applicanda, quandoquidem Missa, quae praecipua divini officii pars est, una simul cum ipso officio translata existimari debet.

Nunc vero paterni animi Nostri caritate illorum parochorum tranquillitati prospicere volentes, qui ob assertam consuetudinem memoratis diebus Missam pro populo applicare omiserunt, eosdem parochos ab omnibus quibusque praeteritis omissionibus Auctoritate Nostra Apostolica plenissime absolvimus. Et quoniam non desunt animarum curatores, qui peculiare aliquod reductionis, uti discunt, Indultum ab hac Apostolica Sede obtinuere, concedimus, ut ipsi hujusci Indulti beneficio perfrui pergant justa tamen conditiones in Indulto expressas, et donec parochorum officium exercuerint in parœciis, quas in praesentiarum regunt et administrant.

Dum autem haec statuimus, et indulgemus, in eam profecto spem erigimur fore, Venerabiles Fratres, ut parochi majore usque animarum studio et amore incensi huic obligationi applicandi Missam pro populo diligentissime ac religiosisime satisfacere glorientur serio considerantes uberrimam cœlestium praesertim munerum, ac bonorum copiam quae ex hac incruenti, divinique Sacrificii applicatione in christianam plebem eorum curae commissam abunde redundat. Cum vero Nos minime lateat, peculiares casus contingere posse, in quibus pro re ac tempore aliqua hujus obligationis remissio paroquis sit tribuenda, sciatis velimus, ab omnibus Nostram Concilii Congregationem unice adeundam ad hujusmodi obtinendam indulta, illis duntaxat exceptis, qui á Nostra Congregatione fidei propagandae praeposita pendent, cum opportunas utrique Congregationi contulerimus facultates.

Nihil plane dubitamus, Venerabiles Fratres, quin pro eximiavestra episcopali sollicitudine omnibus et singulis vestrarum Diœcesium parochis, nulla interposita mora, sedulo manifestare velitis quae in hisce Nostris Litteris de eorum obligatione applicandi pro populo sibi commisso sacrosanctum Missae sacrificium suprema Nostra auctoritate confirmamus, ac denuo constituimus, volumus praecipimus, et mandamus. Ac persuasissimum quoque Nobis est, Vos maximam adhibituros esse vigilantiam, ut animarum curatores hanc etiam sui muneris partem diligenter impleant, ac studiose observent quae á Nobis in hisce Litteris statuta atque sancita sunt. Optamus autem ut harum Litterarum exemplar in Tabulario episcopalis cujusque vestrum Curiae perpetuo asservetur.

Cum autem, Venerabiles Fratres, probe noscatis, sacrosancto Missae sacrificio magnam fidelis populi contineri eruditionem, ne intermittatis unquam parochos praesertim, aliosque divini verbi praecones, et eos quibus demandatum est munus erudiendi chris

tianum populum, monere, hortari, ut fidelibus populis tam sancti tamque admirabilis Sacrificii necessitatem, praestantiam, magnitudinem, finem, fructus studiosissime et accuratissime exponant explicent, ac simul fideles ipsos excitent, inflamment, quo eidem Sacrificio ea qua par est fide, religione ac pietate frecuentissime intersint, ut divinam misericordiam, et omne, quo indigent, beneficiorum genus sibi comparare queant. Neque desinatis, omnem operam et industriam impendere, ut vestrarum Diœcesium Sacerdotes ea morum integritate, gravitate, eaque totius vitae innocentia, sanctitate emineant, quae illos omnino decet, quibus unis datum est divinam consecrare Hostiam, ac tam sanctum, tanque tremendum perficere Sacrificium. Quocirca omnes sanctissimo Sacerdotio initiatos etiam atque etiam monete, urgete, ut serio meditantes, ministerium quoad acceperunt in Domino, illud impleant, et continenter memores dignitatis ac cœlestis potestatis qua praediti sunt, virtutum omnium splendore, ac salutaris doctrinae laude refulgeant, summaque animi contentione in divinum cultum, divinasque, res et animarum salutem incumbant, ac seipsos hostiam vivam et sanctam Domino exhibentes, et mortificationem Jesu in suo corpore semper circumferentes puris manibus, et mundo corde placationis Hostiam rite offerant Deo pro sua ac totius mundi salute.

Denique nihil Nobis gratius, Venerabiles Fratres, quam hac etiam uti occasione, ut iterum testemur, et confirmemus praecipuam, qua Vos omnes in Domino prosequimur, benevolentiam, ac simul Vobis addamus animos, ut majore usque alacritate pergatis omnes gravissimi pastoralis vestri muneris partes strenue ac sedulo obire, et intentissimo studio dilectarum ovium saluti incolumitatique consulere.

Pro certo habete, Nos paratissimos esse ad ea omnia libentissime agenda, quae ad majorem Vestram ac Dioecesium vestrarum utilitatem procurandam conducere posse noverimus. Interim vero coelestium omnium munerum auspicem, ac studiosissimae Nostrae in Vos voluntatis testem accipite Apostolicam Benedictionem, quam intimo cordis affectu Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, cunctisque Clericis, Laicisque fidelibus cujusque vestrum vigilantiae commisis amantissime impertimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die III Maii Anno MDCCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Conferencias

PREDICADAS EN LA CATEDRAL DE PARIS, DURANTE LA ULTIMA CUARESMA, POR EL P. FELIX, JESUITA.

CONFERENCIA V.

El lujo.

III.

(Continuacion.)

Afortunadamente la caridad y el sacrificio, viven aun en una parte de la sociedad escogida y verdaderamente cristiana, para atenuar y disminuir los efectos que á nuestros ojos produce el lujo contemporaneo. ¡Bendito sea el cielo! viva está aun la caridad entre nosotros y ella es la que defiende á la miseria de las injurias y de los insultos, de un lujo egoista y brutal. Pero en vano procurariamos disimularlo; ese lujo en los vestidos, en las habitaciones y en los festines, mas propio de un pueblo pagano que vive bajo el imperio del egoismo, que de un pueblo cristia-

no engendrado en la ley del amor, ese lujo tiene yo no se que cosa, pero una cosa inhumana, tan insultante á la humanidad como al Evangelio. Ese lujo tan brillante, tan esmerado, tan elegante y tan pulcro, es como el tigre que bajo su piel lustrosa y centellante lleva instintos feroces: es un monstruo que come el pan de los que tienen hambre, y bebe las lágrimas de los que lloran. En ese lujo que por todas partes se despliega ante las miradas de los hambientos, en ese lujo insolente, provocador é inhumano, creen ver mis ojos consternados lágrimas, ya que no sangre. ¡Tantos son los dolores que gimen, las miserias que padecen y las vidas que mueren en esos crueles refinamientos!!!

Creo oir la voz de algunos hombres que me dicen.--Teneis razon, el lujo cuando llega á ciertos límites, agota todos los recursos destinados al socorro de la miseria. Pero no considerais las cosas mas que por un lado, y no veis que si el lujo tiene el inconveniente de disminuir los dones, tiene por otra parte, en los elementos de riqueza que desenvuelve, la incontestable ventaja de contribuir por si mismo á la disminucion de la miseria-- Temo, señores, que los que asi nos replican, sean verdaderamente los que no ven la cuestion mas que por un solo lado, cayendo en el error que nos echan en cara. Sea de eso lo que quiera, ved aqui, señores, una idea que en nuestro tiempo ha alcanzado un triunfo fatal á los desgraciados. Se dice:--El acrecentamiento del lujo es la disminucion de la miseria.--Que esto se dice, es indudable. Pero yo pregunto á todo este gran auditorio ¿quién lo ha demostrado? Si entre vosotros hay algun autor que crea haber hecho esta demostracion, por el amor de los pobres de Jesucristo le ruego nos de á conocer su libro. Desde luego pudiera deciros, señores, que disminuir los dones voluntarios hechos por los que poseen en favor de los que no poseen, es una manera bastante nueva de disminuir la miseria. Acabais de ver, y os habeis visto obligados á reconocer en el brillo de la evidencia, que el acrecentamiento indefinido del lujo es la disminucion indefinida de los dones voluntarios y que todo lo que el lujo consume en sedas, en púrpura, en plata y oro para los vestidos, en los muebles y en las habitaciones de los ricos, no puede por su naturaleza contribuir á cegar el gran abismo de la miseria popular.

Pero dice un gran economista: si eso es un hecho, nada es tan demostrativo como un hecho. Sea en buen hora. ¿Pero de qué hecho hablais? ¿Quereis decir que en realidad y á nuestros propios ojos, el acrecentamiento del lujo por el impulso de la industria, es la disminucion efectiva de la miseria? En este caso yo tambien podré preguntaros ante el hecho que se efectua ¿estais seguros de ello? Nosotros tambien tenemos ojos para mirar, y un pensamiento para percibir la

realidad de las cosas Pues bien; ante la demostracion que se impone á los ojos y al pensamiento ¿os atrevereis aun á sostener la paradoja cruel de que el acrecentamiento del lujo en los ricos, es la disminucion de la miseria en los pobres? ¡Ah! si á tal os atreviérais, os juro por la verdad, que la Europa entera se levantaría en testimonio y gritaría contra vosotros Aun cuanto solo quisiérais mirar á la superficie de las cosas ¿qué no veríais en el Oriente, en el Occidente, en el Mediodia y en el Septentrion, y allí sobre todo donde la industria moderna y el lujo que ella alimenta han tomado proporciones mas vastas y un vuelo mas rápido? ¡Ah! veríais de las dos estremidades del mundo social levantarse dos humanidades una enfrente de la otra; una cubierta de púrpura; otra cubierta de andrajos; una mostrando al siglo el esplendor de un lujo inaudito; otra el oprobio de una miseria desconocida en los siglos cristianos. Apelais al hecho, pues ese es el hecho, el hecho vivo, el hecho contemporáneo, el hecho inmenso, el hecho universal; es la gran antitesis que se levanta llena de amenazas ante nuestros ojos abiertos, y ante nuestras almas espantadas; es la antitesis del lujo y de la miseria que existe siempre en el mundo, porque procede de causas permanentes y generales, pero cuyo fenómeno se agranda cada dia, tomando á nuestra vista caracteres que le son propios porque provienen de causas que son particulares á nosotros, y que nacen del movimiento de la sociedad actual.

¿Cuáles son esas causas? porque para remediar el mal es necesario ir á buscar sus causas Señores, esas causas son múltiples, son complexas, pero detras de las causas secundarias hay una causa mas general y mas profunda, y es, que en tanto que vosotros empleais en las satisfacciones del lujo la mayor parte de las potencias humanas, falta la potencia para producir lo necesario. Las fuerzas humanas puestas por el trabajo y la producion al servicio del género humrno son limitadas. Necesario es, ó reconocer esta verdad ó negar el sentido comun. De haí procede el siguiente inevitable resultado. Cuantas mas fuerzas empleeis para producir lo superfluo, tantas menos fuerzas os quedarán para producir lo necesario; y por consiguiente cuanto mas poderosos seais para crear lujo para los ricos, tanto mas impotentes sereis para crear medios de remediar las necesidades del pobre ¡Ah! vosotros haceis alarde del poder de los tiempos modernos, para multiplicar los productos y ensanchar, como dicen vuestros poetas de la industria, el festin de la creacion; pero ante esas maravillas que yo admiro tengo necesidad de preguntaros ¿qué recibe todo eso mi hermano el pobre? ¿tiene el pueblo menos hambre despues que vuestras máquinas han funcionado y labrado para el placer de los ricos, esos prodigios que

TIMBRE

tanto encareceis? ¿No veis que las creaciones de la industria moderna, sirven principalmente para enriquecer mas á los que son ya ricos, y para empobrecer mas á los que son ya pobres? ¿No veis que la gran industria funciona casi esclusivamente para alimentar el lujo, es decir para multiplicar los goces de los que ya gozan demasiado, en tanto que los hombres que tienen hambre apenas pueden reunir para no morirse, algunas migajas de pan de esos festines y banquetes que dais en obsequio de los que ya estan demasiado hartos? ¿No veis que á medida que el imperio del lujo hace abundar lo superfluo, hace mas raro y mas inaccesible al pobre lo que le es absolutamente necesario? ¿No veis que nunca se ha temido tanto como en este siglo de lujo inaudito esta pregunta suspendida por tadas partes sobre la sociedad viviente? ¿*Habrá pan*? Nunca como en este tiempo de acumulacion de lo superfluo se ha temido tanto un año de escasez. ¿De dónde proviene que vuestra sociedad está incesantemente sometida á crisis periódicas, que parece alcanzarse las unas á las otras, y que cada lustro trae infaliblemente ó una crisis en la moneda, ó una crisis en el trabajo, ó una crisis en las subsistencias? ¿Puede señalarse un signo mas palpable de perturbacion profunda y de vicio radical en el movimiento que os arrastra?

(Continuará.)

NOTICIAS GENERALES.

Se lee en la *Epoca:*

«El Sr. D. Fernando Arguelles y Miranda, magistral de la catedral de Oviedo, ha rehusado la silla episcopal de Astorga, para la que fué designado últimamente.»

Dice el mismo periódico:

«Aunque las cartas recibidas de Gijon nos anuncian que S. M. la Reina persistia en visitar el litoral de las provincias gallegas, creemos que la circunstancia de haber vuelto la fiebre amarilla á bordo del vapor de *Isabel II*, triste noticia que se recibió anteayer por el telégrafo, habrá modificado los reales propósitos; y que el Ferrol, la Coruña y Santiago, en donde se hacian grandes preparativos para su recepcion, van á tener el sentimiento de no poder espresar por ahora á los reyes el testimonio de sus leales sentimientos.

El parte de la reaparicion de la fiebre dice así:

«Vigo 15 á las tres de la tarde:—En el buque *Isabel II*, han ocurrido dos casos de fiebre amarilla; uno de los atacados ha fallecido, y el otro se encuentra ligeramente alibiado.»

Tan luego como el gobierno tuvo noticia de tan infausto suceso dispuso que se reuniera la junta de sanidad, dando en el acto algunas disposiciones encaminadas á evitar los efectos de esta lamentable ocurrencia, y entre ellas la de declarar sucio el puerto de Vigo.»

ASTORGA.=1858.

Imprenta y encuadernacion de D. Antonio Gullon.